

tradit Boissard. in Topograph. Rom. Die 3. Casualis videtur collocatio Petri, sed medicata respectu illorum, qui secundum propositum Dei vocati sunt sancti: etenim si ianuas Ianus aperiebat in bellum; Petrus claviger aperiebat in triumphum, parâ victoriâ, ac consummata pugna; quin deti-

neretur illos manens in caelestibus primum, cum Petrus aperiret militibus regna caelorum, illicô gloriose obtinentibus beatitudinem; quia, ut canit Prudent. I. in Symmach. v. 15 16. inclytum cunctis, Pulchram per vulnere querere laudem.

Prudent.

TAUTOLOGIA QUINTA.

Universi Prophetae prophetabant. 3. Reg. 22. v. 10.

EXPOSITIO LITERÆ.



TA iterum non agam: equidem huic Tautologiæ affinia; ut sunt vaticinia & oracula, iam exposita Tom. priorib. 3. Tautol. 2. à n. 23. de Vaticinijs animarum. 5. Tautol. 7. a n. 27. de Vaticinijs & Oraculis demonum. Si plura in utrunque argumentum desiderantur; videsis fufissimè Ciceronem in libris de Divination. Maiol. Tom. 2. Colloq. 2. & 4. Delr. lib. 4. Disquisit. Magic. cap. 1. & 2. Cœl. Rhodig. lib. 2. cap. 12. & 7. cap. 29. simulque lib. 17. cap. 4. Valles. de Sacr. Philosoph. cap. 30. Paul. Zacch. Medic. leg. qq. lib. 4. titul. 1. quæst. 5. & denique Reye. Franco, in Camp. Elys. quæst. 27 à n. 6. Modò igitur videndum, quò

venerit Achab improbi furor demeritæ, ex quo nostræ argumentum Tautologiæ: etenim in eius, stirpsque ruinam, quos elegerat, Prophetæ prophetabant.

Nihil turpius, aut abominabile magis, medico fallente in perditionem infirmum: servatoris enim dolo & ægroti confidentia, quò magis firmatur, dulcis amittitur vita. Quis vel in ipso naufragio, assereret nauta vectos absque ullo periculo; ut vana fiducia prius submersi infelicitè iacerent, quàm discrimina aquâ premente cognoscerent? Sub specie religionis ampliora pericula credulis, quippe obijciuntur tenebræ specie subdola lucis. Cur igitur (ait Maxim. Tyrias, serm. 3.) homines consalta hominum negligentes, oracula magis adeunt? An quòd hominum ingenium lubricum est, infidum, invidum, adulterinumque, cuius iudicium semper nequaquam constet, aut collimet? Contra divina mens, secundum excellentiam fida, secundum perennem veritatem stabilis, secundum peritiam à signo minimè aberrat, secundum dignitatem extra omnem invidiam. Maximum cordolium decipi, ubi cogitat animus non errare.

Falsa somnia valete, nihil enim estis,
Nec prophetae, qui vocantur sapientes,
Minus sunt mendaces somnijs.
Magna confusio in rebus est divinis & humanis.
Hoc unum reliquum: quod qui non stultus,
Vatum verbis adductus, sed auctus perierit.

Euripid.

Ita Iphigenia apud Euripid. in Tauric. à v. 569. Quarunt homines dirigi, oracula hocine proposito querunt; sed maximus dolor, ubi oraculis falluntur, fugentes errorem, unde cupiebant exhaurire veritatem. Quid enim est oraculum? Nempe voluntas divina (ait Marc. Senec. Pref. in 1. lib. Controvers.) hominis ore enuntiatâ. Quid si falsa oracula? Ardenter ambione exterminium, qui diligunt vanitatem, inquirentes mendacium. Proposita Magnatum (maximè Regum) insitâ status superbiâ, stabiliiri volunt tanquam

Nu-

Maximum error, decipi, ubi cogitat animus collimare.
Max. Tyr. Car. huius, nec quærit oraculâ?

Quid sit oraculum?

Numinis oracula. Unde si ab eis quæritur consilium, in speciem tantum queritur; quippe nequaquam ut animus dirigatur, sed an inveniat, qui inter audientes foveat propositum, vel delirium. Hæcine occasione qui apud Principes flagrant videri magni, technis auribus Potentium decernunt inservire: consilij palpat, me adacijs officiosè demulcent; plauditurque infidiorum consilium; igitur nihil palato concinnatur acerbum. Omnia sanè exclusit opulenta felicitas (inquit Senec. 6. de Benefic. cap. 30.) monstrabo cuius rei inopiâ labore inter magna fastigia: quid omnia possidentibus desit: scilicet, ille qui verum dicat, & homines inter mentientes stupentem, ipsaque consuetudine pro veris blandâ audienti, ad ignorantiam veri perductum vindicet à consensu, consentaneque falsorum. Non vides quemadmodum illos in præceptis agat libertas & fides in obsequium servile submissa? Non vides dum nemo ex animi sui sententia suadet dissuadetque, sed adulandi certamen est, & unum amicorum omnium officium, una contentio, quis blandissimè fallat? En articulus Achab, conantis extorquere Ramoth-Galaad à Syriæ Rege, insignificantibus pseudopropheta, aulicis fatidicis, forensibus divinaculis (ut ait Rhodigin. lib. 6. cap. 10.) & enixius illorum chorago, & coryphæo Sedecia; qui assumptis in victoriæ signum, cornibus ferreis, dixit Regi avido civitatis. His ventilibus Syriam, donec deleas eam. v. 11. Se fecerit & Regem, consiliando in præcipitium errorem; igitur lucè iactandam arrogantiam, promittens fausta infelicissimo Regi, quasi cœlitus afflatus à Numine. Ocurrit memoriæ hocine theatro Alarici Gothorum Regis tragedia; quam canit Claudian. de Bell. Getic. à v. 543.

Hortantes his adde Deus. Non somnia nobis
Nec volucres, sed clara palam vox reddita luco est:
Rumpe omnes Alarice moras, hoc impiger anno,
Alpibus Italia ruptis, penetrabis in Urbem.
Huc iter usque datur; quis iam post talia segnis
Ambigat, aut caelo dubitat parere vocantè?
Sic ait, hortaturque suos, belloque, viaque
Instruit: attollunt vanos oracula fastus.
O semper tacita sortes ambage malignæ,
Eventaque patent, & noxia vatiibus ipsi
Veri sacra fides! Ligurum regione supremâ
Pervenit ad fluvium miri cognominis Urbem,
Atque illic domitus, vix tandem interprete casu,
Agnoovit, dubij illusa vocabula fati.

Adulatio in consilij exitu amara.

Veritas exulata ab aula.

Senec.

Claud.

Oraculam Alarici ambiguum.

Veritas odio sa.

Ioseph.

Theocrit.

3. Cum adherentibus Antiochijs prius historica proponenda, ut sine obicibus possit deinde explicari Tautologia. In nervo detinebatur ab Achab Michæas filius Iemla, vates & propheta Dei, quia illi sub ignota specie (quid faceret nuda, dum offendit Regem veritas etiam par larva?) obiecit, quam fuerit ingratum Deo dimittere liberè Syriæ Regem, quem Dominus in manus eius tradiderat, uti intensissimum hostem. Faturum enim, ut ipse ab eo, cui peperit, interficiatur. Rex libertate propheta offensus, iacet eum in carcere contigit, & vehementer ea prædictione contristatus, domum se recepit. Ioseph. 8. Antig. cap. 8. Expressius describitur animus & modus, 3. Reg. 20. 43. Audire contentem furibundus venit in Samariam. Reduxit prophetam in carcerem, quia Rex fovebat furorem, eò quod subditus protulisset veritatem. Ita solatium improbo ex innocentiis damnò, Theocrit. Etyl. 6. v. 23.

Inimica vaticinans inimica referat domum.

Post triennium concupivit Achab, in suam potestatem redigere, quæ in tribu Gad, civitatem Ramoth; maximè præsentem: copiarum fortissimè instructo, Iosaphat, Iuda Rege confocero: at eum vellet expeditionem dirigere, non ad illam dirigi, nec audire vera, sed quæ solummodò placita; vocavit prophetas Baal (ita Ioseph. cap. 10.) qui tantum dicebat ad Regis improbi cor. Omnes unanimiter illum lactabant spe. Ascende (dicebant) & dabit eam Dominus in manu Regis. v. 6. Quodnam huius tractus erit iudicium? Offendit Seneca. lib. 6. Natur. qq. cap. 29. Inter bella errare limphaticis: nec usquam plura exemplâ vaticinantium invenes; quam ubi formido mentes religione mixtâ percussit. Puduit directorum religiosum Iosaphat; urbanæque innuit Achab, ut exitum inquireret ex ore prophetæ Dei. Ita inter turbam vaticinantium dixit Creuta, apud Euripid. in Ion. v. 413. Quis est hic propheta Dei? Non est inventus, præter Michæam, quem in carcerem Achabus detraherat. Inyit ergo vocatum monuit Cubicularij nuncios, loqui prospera iuxta volun-

Senec.

Euripid.

voluntatem Regis, sicut ceteri de bacchantes Vates. Risit venienti & astanti coram illo, dixit Achab: *ire debemus in Ramoth Galaad ad prellandum, an cessare?* Cui ille respondit: *Ascende & vade prospere, & tradet eam Dominus in manus Regis.*

4 Quomodo ista, si contraria futura? An verba optativa & bona verba? Ambigè loquitur, cuius amphibologiam exprimit Biblia Antiqua, omittens *Eam*. Sic igitur legitur: *Ascende, & vade prospere, & tradet Dominus in manus Regis.* Ascendere quibit prospere, sed non regredi: etenim *tradet Dominus* dicit, sed tacet quid, & in cuius manus Regis. Ita tritum illud vaticinium æquivocum Pyro Regi Epirotarum, de quo Cicero. 1. de *Divinat.* & Valles. loc. cit.

Cicero.

Aio te Lucida Romanos vincere posse.

Amphibologia.
Comest.

Arbitror omnino fictum, quippe Græcè anceps oratio non est propter articulos. De huiusmodi stylo, in oraculis satanae abundè diximus, *Tom. 5. T. 7. à n. 29.* Alij legunt: *Tradet eos Dominus in manus Regis.* Eos, id est milites. *Non tamen dixit* (ait Petr. Comestor, hic cap. 39. quem sequuntur Dionys. Carthus. & Lyra) *quos vel cuius Regis.* Vulgatus in Sixtan. addit *Eam*, relate ad urbem in genuinum literæ sensum: tuncque tota sententia est ironica, pungens ex obliquo & Regem & falsos vates. *Pseudoprophetas fingit, & ipsa totidem eorum verba refert.* Maluend. hic Verba indicant, quæ contraria sonant. Testimonijs roboravimus usum huiusce schematis & tom. prior. & hic *Tautolog.* 2. num. 53. & 3. num. 33. Ita Datham & Abiron Moyfi: *Re vera induxisti nos in terram, quæ fuit rivis lactis & melis.* Numer. 18. 15. Modus in verbis sine modo, obliquo sensu exprimit mysteriosum, vel potius sarcasmum, ironiamque vehementem. Vade ergo q. d. & videbis, quam prospere tradit Dominus civitatem in manus tuas. Scro sapiunt Phruges sapiens sero. Achab igitur (vel urgente conscientia; vel antea ab eodem vaticinij memoria, vel denique gestu, vultu, ac loquendi modo) suspicans audita verba longè à veritate, futuroque eventu, prophetamque serio ludificari; adiuravit eum iterum, atque iterum, ut loqueretur in nomine Domini: v. 16. Vide Regis improbi insolentiam. Non credit, si blandimine propheta responderet; eumque premit, ubi vera dicit. Quid faciendum? Apposite Tiresias vates ethnicus eodem in articulo, apud Senecam in *Oedip.* à v. 328.

Apud im-
pioi neu-
trum licet.

Seneca.

Quod est ve-
ritatis effi-
cacia atri-
buunt ma-
levolentia.
Joseph.

Homer.

Anima Na-
bot an fese-
llierit Achab?
Rab. Sal.

Quid fari queam?
Inter tumultus mentis attonita vagos
Quidnam loquar? sunt dira, sed in alto, mala;
Solet ira certis Numinum offendi notis:
Quid istud est, quod esse prolatum volant,
Iterumque nolant, & truces iras tegunt?

5 Moriturum Regem Michæas prædixit, & inter tot expugnato res solum Regem vidit (inquit) cunctum Israel dispersum in montibus; & ait Dominus: *Non habent isti patrem, revertatur unusquisque in domum suam in pace.* V. 17. Agrè Rex vaticinium tulit: & qui veritatem audire cupiebat (imò finxerat) dicentem veritatem in latum; incarcera; quasi non à Deo, sed ex odio fulminata comminatio, diris vaticinijs ex sola malignitate voluntatis. *Hæc locuto Michæa, versus ad Iosephatam Achabus, nonne, inquit, modò tibi dixi, quam malè mihi velit iste?* Ioseph. quò dudum. Idem Agamemnon Calchanti, dum ab eo quod non gratum audivit, apud Homer. 1. Iliad. à v. 105.

*Vates malorum, nunquam mihi gratum dixisti:
Semper mala animo tuo iucundum est, vaticinari:
Bonum autem nondum aliquod dixisti verbum.*

Arridet Achab sententia, dicentis: *Non prophetat mihi bonum, sed malum:* v. 8. id est, valde malum; pessimum, in dolore summum; uti astruxi. *Tom. 4. T. 12. à n. 10.* Ut ut vidit sacer propheta percussum Regem, perspicuus ipsius manifestavit errorem. *Vidit Dominum* (subdit, v. 19) *sedentem super solum suum & omnem exercitum cæli assistentem ei à dextris & à sinistris.* Et ait Dominus: *Quis decipiet Achab, & Regem Israel ut ascendat & cadat in Ramoth-Galaad? Et dixit unus verba huiusmodi, & alius aliter.* Egredius autem spiritus, ait: *Ego decipiam illum* (Hic spiritus, somniant Rab. Salomone, fuit anima Nabor) *Cui locutus est Dominus: In quo? & ille ait: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus: Decipies & pravelebis: egredere & fac ita.* Ut miseris furta Poëtarum è sacris prophetis, audi hymnum Orphei, *Tom. 1. Postar. Græcor. fol. 735.*

O Rex cæli & inferni, marisque & terra,

Quem

*Quem diemones horrent, & Deorum cætus metuit;
Cui Parca, quantumvis implacabilis, obediunt,
Cuius iræ omnia quantantur; tu quidem locum
Habes inter astra, quæ immutabilibus præceptis moventur:
Tuo autem splendido solio astant laboriosi
Angeli, quibus cura est, quomodò mortalibus omnia perficiantur.*

Ergo ex obvijs in scopum. Anthropopateicè sive modo humano loquitur Michæas de Deo: haud quia Deus indigeat illius consilio. Cum quo iniit consilium & instruxit eum? Aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? In imaginatione vatis vigilis fuit impressa species Dei, quasi sedentis, & quasi consulere, quasi audire, & quæ facienda decerneret: Pro quo supponendum (infra ampliora) vaticinium posse fieri, & non à Deo: posseque esse propositum Dei ex vaticinio falso, ut in præsentiarum. Quoad deceptionem, Dei verba permissiva sunt: ut late dixerim hic *Tautolog.* 2. à num. 45. ad illud Ieremias, 20. 7. *Seduxisti me Domine, & seductus sum.* Quoad supplicium iniqui Regis verba præceptiva sunt: vel terminis Scholasticis: discriminatim præter verba referuntur ad malum culpæ, vel ad malum pænæ. Scicè, omnino voluit: in prima consideratione tantum permissum. Ideo addidit Michæas, v. 23. *Nam igitur ecce dedit Dominus (permissi) spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum, qui hic sunt; & Dominus locutus est contra te malum.*

Impios dum cepit premere, urget.

Tarditate vindictæ compensat cruciaminis gravitate: dedisti in manum, de qua non poteris fugere.

6 Percussus est pseudovates Sedecias, simulatque veri vatis audita in dicendo libertas: quasi in prophetali munere eius vulnegrata auctoritas: & qui fecerat sibi adaptans cornua ferrea, ut Regis nequam prædiceretur victoria; vel ut appareret insigniter Cippus (ut de illo canit Ovid. 15. *Metam.* fab. 49.)

*Cornua fronte gerit, famularia iura daturus:
Aut sua flumina dum vidit Cippus in unda,
Cornua: vidit enim, falsamque in imagine credens
Esse fidem tetigit: nec iam sua lumina damnans,
Resistit, ut victor somito veniebat ab hoste:
Ad cælumque oculos & eodem cornua tollit.*

Dedit alapam Michæa, v. 24. Iosephus loc. cit. asserit, antequam impigisset, protulisse coram Rege: Si vera Michæa dicit, egoque falsa, propter ietum ignominiosum arefat manus mea mihi, sicut manus Ieroboam, prophetante Iadon 3. *Reg.* 13. 4. Unde cum sibi malum deprecaretur, & manus factilega non aruisset; arbitratus est se vera profere, atque prophetam garrire, & in aëra futiliter loqui. Tunc Michæas illi: *Vifurus in die illa, quando ingredieris in cubiculum intra cubiculum, ut abscondaris.* Eadem phrasis invenitur *cap. 20. 30.* quæ nihil aliud signat, quam locum abstrusum, vel curiosè investiganti incongnitum: quasi in capsa feu tærinis fecerit, qui quidem coram oculis, nec ab illis notatus. Vulgo, *Secreto del escritorio.* Ioseph. d. *Brevi fore, ut de caela in celam fugiat, latebras queritans, ne luat pœnas canloquij.* Ethnici mirifice signant, quasi abstrusorum penetralia, cognita haud facilia, & arcanorum adyta, quasi exploratoribus studiosè recondita. Virgil. in *Direc:*

Vacua nonnumquam secreta cubilla captans.

Statius, 2. *Silv.* 5. *Arcano membra cubili.* Bapr. Pius: *Nocturna cubilla Titan. Sil. Ital. Arcano membra cubili.* Mantuan. *Tenebrosa cubilla dicunt.* Ioseph. *ibid. cap. 8.* in fuga Benadati insit: *In quandam subterraneam celam.* Meco iudicio, quasi absconditus in cryptis. Ira Andromacha filio in sepulchro patris Hæctoris, ut tutò fervaretur, collocato; apud Senec. in *Troada.* à v. 508.

Claustra commissum tegunt.

*Parentis condit sedes aude subire.
Fata si miseros tuvant, habes salutem:
Fata si vitam negant, habes sepulchrum.*

7 Aliam Sedecias proposuit rationem Regi, ut Michæa verba ducerentur nihili: nimirum, nullo modo in Ramoth-Galaad posse cadere, quod quidem contra vaticinium Eliæ; qui prædixerat, sanguinem Regis a canibus lambendum in Iezrahel, ubi pridem fuetus etiam sanguis Naboth, Distabat Ramoth, quæ in tribu Gad ultra Iordanem, longo itinere

Orph.

Antropopa-
tuiVerbum præ-
ceptum
pro permissa
suo.

Senec.

Ovid.

Verf. 5.

Quid est cu-
biculum in-
tra cubi-
lum?

Joseph.

Virgil.

Senec.

itinere à Iezrahel, quæ eis Iordanem in tribu Ifachar (vide Adrichom. in Theatr. terr. sanct.) nec poterat ibi mori , etiam obganerit Michæas , cuius defectum & obitum in Iezrahel prænuñciaverat tot miraculis approbatus Elias (ita cogitat Ioseph. d.) nec eius curanda verba , quæ omnino verba , & odiosa , non prophetia ; quippe ut aliò faccinie Propert. lib. 2. Eleg. 33. v. 6.

Propert.

Verf. 38.

Cap. 1. 19. Quomodo Anguis Achab in loco ubi lapidatus est Naboth?

Ioseph.

Si particula emphatica.

Sanguis pro filij.

3. Reg. 21.

24. A canibus & volucris vorari non semper signat seculurâ carere. Iuvenal.

Hypallage.

Quæcumque illa fuit , semper amara fuit.

Ex his ergo , & ex textu sacro dubium grave nobis negotium facescit. Percussus Achab iuxta Ramoth à sagitta volante , in sinum currus defluente copiosè sanguine , mortuus est vesperè : perfarumque in Samariam , ibi sepelierunt eum : & laverunt currum eius in piscina Samaria , & linxerunt canes sanguinem eius , & habenas laverunt , iuxta verbum Domini quod locutus fuerat. Hinc dubium , equidem ibid. cap. 21. 19. invenitur. Hæc dicit Dominus : In loco hoc , in quo linxerunt canes sanguinem Naboth , lambent quoque sanguinem tuum. In Iezrahel lapidatus est Naboth. Si ibidem , quippe meditates dicitur , In loco hoc (ne dixeris cum Caietano hic , Hoc superfluit , igitur audacia est , nec enervat argumentum) lingendus à canibus sanguis Achab , qui in sinum currus è vulnere fluxit ; non videtur quomodo impletum sit vaticinium eiusdem loci , dum currus ablatus ; non videtur quomodo impletum sit vaticinium eiusdem loci , dum currus ablatus ; non videtur quomodo impletum sit vaticinium eiusdem loci , dum currus ablatus. Videris topographiam in Adrichom. d. Ifachar , n. 38. & Ephraim , n. 82. Ioseph. loc. cit. subdit : Cadaver Regis Samariam relatum , illic sepultura traditur : & cum currus regius cruore sedatus ad Iezara fontem esset ablatus ; veritatem Elia prædictionis eventus comprobabit. Canes enim lambebant eius sanguinem Si hæc veras ; diffonantia omnino , profectò paterent consona : verum obstitit Scriptura dicens , quod currus ablatus est in piscina Samaria , non Iezara , seu Iezrahel. Nudus adhuc perstat cæcus , & incumbendum , ut solvatur nodus.

8 Sallianus , quem sequitur Doctis. Sanctius , asserit impletam fuisse prophetiam Elia in morte filij Achab , Ioram scilicet , occisi à Iehu , cuius cadaver proiectum in agro Naboth , ut dicitur , 4. Reg. 9. 25. sequentique verbi emphaticè : Si non pro sanguine Naboth reddam tibi in agro isto , dicit Dominus. Nunc ergo tolle & projice eum in agro iuxta verbum Domini. Sanguis pro filiis usurpatur sæpe non solum in Scriptura , Genes. 4. 10. fed apud Ethnicos Virgil. 6. Aeneid. v. 835. Proijce tela manu , sanguis meus. Horat. in Carm. Secular. v. 50. Clarus Anchise , Venerisque sanguis. Idem identidem , de Art. Poetic. v. 291. O vos Popilius sanguis. 3. Carm. Od. 27. v. 65. Regius sanguis. 4. Od. 2. v. 13. & Od. 15. v. 31. Statius , lib. 3. Thebaid. v. 239. Sil. Italic. 3. de Bell. Punic. v. 572. Abundè etiam Seneca in Tragæd. acceptionem roborat. O socii nostri sanguinis inquit in Hero. fur. v. 308. & v. 1020. in Thyest. v. 1042. Sanguinis multum mei habet ille. Vide Delr. locis cit. Satis ingeniosum difficultatis effugium ; sed omnino distortum ; siquidem perperum , accipere simul sanguinem proprio sensu & metaphoricè : ita ut sensus sit : In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth , lambent quoque sanguinem tuum : sanguinem nimirum sanguinis tui : filij tui , scilicet. Absurdissimum prorsus. Nec valet , quod dicitur , postquam humiliatus est Achab post mortem Naboth in diebus filij impletam prophetiam ; quippe illud usque dilatam ex ore Domini : ibid. v. 28. in sententia ab illo fulminata per Eliam , & exponitur exterminium familie regie Achab , & etiam quod sanguinem eius , in eodem loco quo Nabothi elicturi canes. c. 2. l. 1. v. 21. Hoc non indultum , primùm duntaxat usque in filium translatum. Patet ex textu v. 28. cit. Quia igitur (dicit Dominus) humiliatus est mei causa , non inducam malum in diebus eius , sed in diebus filij sui inferam malum domui eius. Iuxta axioma Iuris , Exceptio regula firmat regulam in contrarium. Si prætermittitur usque in tempus exterminium domus ; haud prætermisissus in exemplum tyrannidis sanguinis licet. Nec etiam urget fulminatam in Achab , sepultura privandum ; & nihilominus legitur , in Samaria regia fuisse sepulchrum , ut vidimus ; num. 7. cap. 21. 24. Si mortuus fuerit Achab in civitate , comedent eum canes : si autem mortuus fuerit in agro , comedent eum volucres caeli. Huifmodi stylum proverbiale arbitror , uti ibid. cap. 14. 11. & 16. 4. de Ieroboam & Baasa : sepulturaque non carere ; ut constat ibid. v. 20. & v. 6. Nihil aliud per huifcemodi verborum formulam signatur , nisi mors infansita. Unde Iuvenal. Satyr. 10. v. 112.

Ad generum Cereris sine cade & sanguine pauci Descendant Reges , & sicca morte tyranni.

Fere cuncti morte cruenta. Quota pars moritur tempore fati ? Videfis Salisher. lib. 2. cap. 15. Sensus periodi est , dire extinguentur , non naturali morte , sed necè. Per Hypallagen

Iagén interpretatio perpropria. Haud quia si mortui impij , illos comedent canes & volucres ; sed econtra , illos comedent canes & volucres , ut malâ morte moriantur , deponentes fœtidam animam vel rapacitate volucrum , vel mordacitate canum. Prædictum Deuteron. 32. 24. Consumuntur fame , & devorabunt eos aves morsu amarissimo : dentes bestiarum immittunt in eos , cum furore trahentium super terram , atque serpentium. Altrahit etiam Homer. 1. Iliad. à v. 1. ubi canibus & avibus dedi , nil aliud est quam ante tempus violenter mori.

Iram Achillis perniciosam , quæ Achivis dolores imposuit ; Multas fortes animas Orco ante tempus demisit. Herodes ipsos lamenta fecit canibus , Avibusque omnibus. Iovis autem persciebatur consilium.

Homer.

9 Hebræi , ni fallor , potissimè Rab. Samuel , sine obice exponunt totum inextricatum Antilogiæ argumentum. In Iezrahel statuunt fuisse armamentarium Regium : & currum Achab armaque eius fuisse lota : currum scilicet in Samaria , ut dicit Textus saccer , ubi canes sanguinem Achab linxerunt : arma verò in fonte Iezrahel , ubi etiam canes lamenter regis cruorem. Quapropter Hebr. Caiet. & Maluend. legunt : In Samaron (idest , Samaria) laverunt habenas , & arma laverunt. Intelligendum cum distributione accommodata , ita ut non arma , ubi currus & habenæ , lota fuerint ; sed currus cum equorum habenis in piscina Samaria : & in fonte Iezrahel , iuxta locum quò lapidatus est Naboth , arma solummodo lota , ut nitido ab aqua ferro collocarentur in armamentario. Achab habebat (ait Lyran. n. 8.) domum regiam in Samaria & Iezrahel , & ibi erat armamentum regis ; propter quod ibi deportata arma in quibus vulneratus fuerat Achab , & ibi lota à sanguine , quem linxerunt canes in loco determinato , ubi fuerat interfectus Naboth : & ideo sacra Scriptura fecit distinctionem inter loturam currus & armorum. Rab. Samuel : Sanguis Achab in persona propria intelligitur , cum dicitur cap. præced. In loco hoc , in quo linxerunt canes sanguinem Naboth , &c. Suffragatur Caietan. Ex eo enim quod iuxta verbum Domini factum dicitur ; intelligimus , quòd licet currus fuerit lotus in piscina Samaria , arma tamen fuerunt lota in Iezrahel , ubi occisus fuerat Naboth. Nisi ibi esset sanguis Achab ; nequibat fieri , quòd eodem in loco sanguis eius fuisset lictus , ubi Nabothi à canibus deglutatus. Ita enim concordant opposita , & patet Iosephi osecitancia , asserentis currum in Iezrahel lotum , cum in Samaria piscina , exceptis armis , ablatus.

Armamentarium regium in Iezrahel.

Lyran.

Rab. Sam. Caietan.

10 Adhuc aliud restat non contemptibile dubium. Ingressus est ergo Achab in consilium mutato habitu , quo facilius Michææ vaticinium eludere posset ; ut ait Ioseph. d. vel quia scivit , insulam à Benadad , non alium in necem querendum , nisi Regem Israël. v. 31. & 2. Paralip. 18. 30. Illostunc quidam in incertum sagittam dirigens , casu percussit Regem Israël inter pulmonem & stomachum. Hæc sagitta , quæ dicitur incerta , seu à nesciente missa , in necem Achab per manum milicis ab Angelo bono , vel malo directâ. Ita incertum dicitur volatile telum , à Iuturna Dea , vel Diva , Turni foreore , in Aeneam eiaculatam. Virgil. lib. 12. à v. 319.

Verf. 34. Quæ sagitta volans?

Ecece vitro stridens alis allapsa sagitta est : Incertum , quæ pulsa manu , quo turbine adacta ; Quis tantam Rutuli laudem casusæ , Deusæ Attulerit : pressa est insignis gloria facti.

Virgil.

Videris in huncine sensum plura selecta apud La-Zerd. hic. De vulnere haud ambigunt Expositores , sed nimis de loco vulneris : igitur loc. cit. Paralip. v. 33. dicitur Achab percussus inter cervicem & scapulas. Unusquisque ut contrarietatem conciliare posset , in viam suam confideuter declinavit ; quippequam haud facile occurrit modus , quo possit telum ingredi per intermedium pulmonis & stomachi , in quo non cervix , nec scapulae hærent. An quia alibi ferri exitus , quàm introitus ? Sit ergo : verum unde cognoscetur , quò primum vulnus ? Abulensis hic asserit , defuper , seu è loco eminentiore eiaculatam validè sagittam , quæ aditum inveniens in internodio capitis (ubi cervicis , quæ caput coniungitur trunco corporis) transfodit præcordia , fortiens exitum inter pulmonem & stomachum. Quare hic exprimitur exitus , & in Paralipomeno cæci vulneris principium. Lyran. loc. cit. n. 3. Inter pulmonem & stomachum (ait) inter cervicem & scapulas. Utrumque fuit verum , quia sagitta à parte anteriori intravit prope pulmonem , & in parte opposita exiit superius versus scapulas , quia illa sagitta portendebat se in altum , quia iste sagittator erat de pedibus , & Rex Israël pugnabat in alto , stans in curru. Utet credendus Tom. VI.

Lyran.

He;

11 Hebraei legunt: *Inter squamas & loriceam*. Est Hendiadys: hoc est, inter loriceam squamas, quas habebat ordines connexas. Habebat (ait ex illis Malucend.) *Super loriceam armaturam de laminis ferreis in modum squamarum factis, & una ex squamis fuit elevata, vel avorta a loco suo, quod penetravit sagitta per foramen*. Idem Lyra & addit in sensum. *Sic translatio nostra non discordat ab Hebraico in sententia: sed nostra designat percussorem in corpore, litera vero Hebraica in armis*. Tantum capio, quantum capio. Nihil capio, non intelligo. Locus vulneris signatur medullam stomachi & pulmonis, quae defendit squamata lorica: ut concordarent lectiones, illa squama a loco suo remota debebat collocari inter scapulas & cervices; ut illuc pectus transfugeret sagitta: tuncque versabimur in eadem dubitationis rota. Sancta librata iudicio, videbuntur recta crisi cogitatio, & sine Scripturae fulero. Mirum sane, Rabbinos haud cogitasse lasium telum, recreationis gratia, curiose per corpus errasse totum: vel ut fieret singulare supplicium, vel in supplicio singulare miraculum. Dicam ergo sensum meum pro concordia ad speciem pugnantium testimoniorum. Scapulae est communi usu accipiantur pro illa corporis regione, quae post pectus obiecta est, & dicitur tergum; proprie duo ossa sunt transcensurae quae dicuntur humerorum capita: de quo Iusef Andr. Vetaliius lib. 1. de Fabric. corpor. hum. cap. 21. Expresse Nicol. Nancelius in Analog. Mir. ad Macrocosm. lib. 4. cap. 12. *Sunt ossa humerorum, & quae scapulae appellantur*. Hinc Scapulare vestis, quae pendet ab humeris tam hinc quam inde. Cervix accipitur pro posteriore parte colli, ab occipicio incipiente; quippe anterior vocatur Gula: nihilominus apud Anatomicos & Medicos pro anteriore regione colli usurpatur. Celsus lib. 7. cap. 13. inquit: *In cervice inter cutem & asperam arteriam*. Vesallius loc. cit. *Cervicis longitudo, quae ab anteriore parte in posteriorem pertinet*. Quo liquet, per cervicem & scapulas etiam intelligi totum illud spatium, quod extenditur ab humeris cum iugulo usque ad stomachum. Ingressum est ergo spiculum per pectoris partem, respondentem introrsum pulmonis: scilicet confectum vulnus in penetrabile cordis in medullis pectoris; quod iacet inter stomachum, humeros & iugulum. Nostrates: *Tabla del pecho*.

12 In fisione Rabbinorum de squama decidua latet insignis didascalica. Caraphraetis ingressus est pugnam Achab, ut gravi armatura invulnerabilis ferret & vaticinium prophetae frustraret, sed lechaliter insipiens est vulneratus, per quod effugerat vulnus. Ut Achilles steret immortalis ac invulnerabilis, cogitavit in Stygiam saepe mergere mater Thetis. Poetica est vox, sed futuri tanto studio: siquidem cum esset invulnerabilis, nisi dextera minimi dextri pedis, quod apprehensus a matre, ut commodè posset mergi (de quo egimus in Bpemer. n. 24. Hag. Septembr.) eius audaciam atque inanem confidentiam fregit peritus Apollo. Collimavit in vulnerabilem digitum, & percussit scopum; et cuius vulnere totus sanguis effluxit, Achillesque animam vulneratus efflavit. Vide Q. Calabar. lib. 3. Paralip. & Natal. à Comitib. 9. Mytholog. cap. 12. Achabo visum, fugere posse Deum studiosa industria humana, cuius studia insipientia & stulticia. Quò fugiet? Quaeque inviserit oras sub Iove semper. Manus Dei ibi tenebit, & inde in penam vel laetitiam deducet. Induit se Achab cultu gregarij militis, sed Deum non laetit sub armis. Quem in mortem dereliquit, illam fugiens fuga offendit.

Incertum qua iacta manu, delapsa sagitta.
Rimula squamae lorice dedit locum teli cuspidi, quae ostium aperuit insidianti morti; ut exitus verum firmaret vaticinium prophetae, relinqueret triste ergastulum, & æmulus præ rubore transiret de cubiculo in cubiculum. Hic status rerum impij, reprobi Regis Achab, qui attonitus, ut accinit Mar. Victor, lib. 3. in Genes. v. 122.

Vanaque cupidine motus
Traxit ad illicitum præcepti imago futuri.

13 Cuncta ergo in Tautologiae delicationem modo videntur pervia. Nihilominus scire cupio, quod non assequor; & quia mentem pungit, inscitia perfluit dolor. Socetus Achab in consiliū pertexit Iosaphat: & post visitationem, cum ante classicum praecium fuisset à Benadad, totum prælij pondus dirigi in Regem Israël (vel quia fregit in expeditione foedus superiori bello pactum; vel quia cupiebat Rex Syria in suam potestatem redigere, sub cuius pridem fuerat potestate, ducens captivitate captivam, in forsitudine infrangibilis gloriam) irruentibus Syris, exclamavit Iosaphat, quo hostes cognoverunt Regem non esse Israël. *Elevoit vexillum*, ait Lyran. n. 16. Ergo Iosaphat cuius hostis vel amicus? Erat pro Syria, vel socio Achab contra Syros? Cur pro socio, belli focus non pugnat, nec se defendit selecto exercitu & milite? An conventio inter utrumque Regem? Perfidè sanè cum

Hendiadys. Malucend.

Nancel. Cervic tam gula, quam nodus cap. 11. Cels. Vesall.

Achilles. Ictus qua mortalis erat.

Apollo.

Mar. Vict.

Lyran.

Acha-

Achab inisset simulatam societatem; quod quidem longè à sanctitate Regis. Nescio quid dicam, ni Deo interesset revelatio, ut nullo modo socio faveret Regi, à Domino iuste deflato morti. Magni haberem ab aliquo discere. Totum negotium ab Achabo consultum, ut sibi consuleret; sed non potuit: etenim non evasit vasa mortis, tamen contraria prophetae perferentes. De propheta copiose diseri Tom. 5. T. 5. à n. 17. modo proferam quæ huic loco servavi. Prophecia, ut aliter D.D. sacri ex Casiodoro, Præfat. in Psalm. est *Inspiratio, seu revelatio divina, rerum eventus immobili veritate denuncians*: quam quidem per partes eruditè explanat Delt. Disq. Magic. lib. 4. cap. 1. quæ. 1. Aliter Iunilius, de Partib. divina leg. cap. 4. *Rerum est inquit latentium, præteritarum, aut præsentium, aut futurarum, ex divina inspiratione manifestatio*.

14 Pro quo necessariò sciendum, variè accipi *Propheciare*. Improprè, iuxta tempus signatum à Iunilio, quippe in omnia extendit prophetiam. Tales enim sunt *Propheciae* (etiam dicit Chrysof. in Psalm. 43.) *omnia tempora percurrunt, præterita, præsentia & futura*. Astipularur vel Profanus.

Novit namque omnia Vates.
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trabantur.

Virgil. 4. Georg. v. 392. Egimus loc. cit. à num. 22. constat è Sacro textu. De præsentium latentium cognitione, dicitur Ioann. 2. 25. *Ipse enim sciebat quid esset in homine*. 4. 19. *Video quia propheta est tu*. 6. 70. *Ex vobis unus diabolus est*. Præteritarum impossibilium cognitio cognitioni humanae, Genes. 1. ubi refert Moyses mundi creationem, eiusque post conditionem ornatum: quapropter Deuter. 34. 10. dicitur: *Non surrexit ultra propheta sicut Moyses*, de quo Angel. Doctor, 2. 2. q. 174. art. 4. & apud Isai. 4. 22. Dominus, ut idolorum rideant cultores oracula: ait: *Annunciant priora quæ fuerunt*. His accipionibus haud propriè sumitur propheta. Unde N. Gregor. Homil. 1. in Ezechiel. inquit: *Prophecia tempora tria sunt, scilicet, præteritum, præsens & futurum: sed sciendum est, quòd in duobus temporibus propheta etymologiam perdit. Cùm ideo propheta dicta sit, quòd futura prædicat; quando de præterito vel presenti loquitur, rationem sui nominis amittit, quoniam non prodit quòd futurum est, sed vel ea memorat quæ transacta sunt, vel ea quæ sunt*. Prophecia propriè est prædictio, ut faretur ipse Iunil. loc. cit. lib. 2. cap. 18. *Futurarum, incertarum rerum verbis manifestatio*. Appositè, *futurarum incertarum* quia prævisio fore praenotio futurorum, potissimè contingentium. Prophecia, qui ventura prædicent: ait Hieronym. in 23. Matth. v. 34. quod quidem claret loc. cit. Isai. v. 23. *Annuncient quæ ventura sunt in futurum*. Videntes olim iccirco dicti, 1. Reg. 9. 9. quia illis præsentia, quæ alijs latentia, ut futura. Similiter *Speculatores*: Ezech. 3. 17. Isai. 21. 6. Habacuc, 2. 1. quia ex revelatione divina ut præsentia videbant ex eminente illustrationis culmine, quæ latebant uti arcana humano cordi. Ita Homer. 4. Odyss. v. 524. *Hanc tamen à specula conspexit speculator*. Haud aliter vidit Vates Manahemus, quum Herodem salutavit Regem, introspicens pessimam indolem. Scio te hoc non facturum, futuri præseus: eris enim tam divini, quam humani iuris immemor, licet alioquin fortunatis simus. Ioseph. lib. 14. Antiq. cap. 13. Sic Apuleius de Mundo, in princip. inquit: *Prophecia qui Deorum maiestate completi effantur cæteris, quæ divino beneficio soli vident*. Non sic impij, non sic, sed quæ somniant sine ulla illustratione signis phantasia. Illi qui aut dæmonum insinctu (subdit Iunil. loc. prior.) aut alijs modis latentia dicunt; licet prophetae dici possunt, tamen inter divinarum scripturarum non numerantur auctores. Idem, prophetae non sunt, ut videbimus, num. 16. *Si igitur veris* (ait Maxim. Tyr. d.) *divinationem, aliud esse, quàm divinam mentem ab humana perfectione duntaxat, ac firmitate differenter; censere pariter debes rationem cum ratione pugnare*: propheta enim, ut diximus, est revelatio divina futura immobili veritate denuncians.

15 Propheciae etiam accipitur pro firmate prophetiam. Eccli. 49. 18. *Ossa Ioseph visitata sunt, & post mortem prophetaverunt*. Hoc est, vaticinium confirmatum, quando à Moysè è sepulchro eruta, fuerunt in terram Chanaan illata; ut dicitur, Genes. 50. 23. Exod. 13. 19. & Iosue, 24. 32. Aptius per Hypallagen redditur sensus. Ossa visitata post mortem prophetaerunt. Haud, quia ossa Ioseph prophetaerunt, sed quia Ioseph vivens de suis ossibus prophetavit, asportandis in terram promissionis, cum Deus visitaret populum, illum educens de Ægypto. Elucet ex contextu: *Locutus est: Post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere faciet de terra ista ad terram quam iuravit. Asportate ossa mea vobiscum de loco isto*. Genes. loc. præf. à v. 23. Hæc figura frequens in Scriptura, ut sæpe observavimus; necessariaque in plurimorum textuum intelligentiam; ut illud Act. 3.

Tom. VI, li. 2

Quid prophetae Casiodor.

Iunil.

Chrysof.

Virgil.

Propheciae improprie, si non de futuris.

Gr. Magna.

Hieronym. Cur propheta dicti vi. dicitur?

Homer.

Ioseph.

Apul.

Max. Tyr.

Pro confirmatione prophetae. Hypallage.

33. In humilitate iudicium eius sublatum est: id est, prae humilitate sublatum est in iudicio, quo Principes convenerunt in unum adversus Dominum & adversus Christum eius.

16. Usurpatur interdum prophetare pro miracula seu signa miracula ostendere. Luc. 7. 16. *Propheta magnus surrexit in vobis*, dicitur de Christo, postquam levavit de seretro in vitam filium Naime viduae. cap. 24. 19. Dixerunt de Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta: nimirum Thaumaturgus, homo de caelo delapsus: cap. 4. 24. *Nemo propheta acceptus est in patria sua*. Propheta, id est, homo mirificus & prae dotibus spectabilis, sicut dicitur de Abraham, Genes. 20. 7. *Propheta est*: & de Iosue, Eccli. 46. 1. *Fortis in bello, successor Moysi in prophetis, qui fuit maximus secundum nomen suum*. Ita de N. Alierto post multiplicatos panes, dictum a futuris, Ioann. 6. 14. *Hic est verus propheta, qui venturus est (pro erat, enallagie) in mundum*. Denique de Eliseo, Eccli. 48. 14. *Mortuum prophetavit corpus eius*: hoc est, in signo patravit portentum, mortuus resuscitans mortuum; ne sicut ille abiret ut cadaver in sepulchrum. Hinc additur v. 15. *In vita sua fecit monstra*, & in morte mirabilia operatus est: quandoquidem respectu huius miraculi continentis omnia mirabilia, caetera nequibant dici miracula: *Vivificavit mortuum mortuus*, ut legit Arabic.

Pro patratione miraculorum.

Enallage. Eccli. 48. 14.

Arab.

Cathacresis Pro interprete & expositore legi.

Ambros.

Horat. Tit. 1. 12.

Plac.

Cur Baptista plus quam prophetat. Matth. 11. 9.

Eccl. 48. 14.

Totum infans miraculum. Maldonat.

17. Sumitur quoque propheta pro enunciatore, seu interprete, quatenus prophetare sit docere, & instruere, abusive per Cathacresim; igitur manus prophetarum, dirigere populum ac legibus, vel in leges erudire. Ita Chald. Paraphr. ad illud Cantic. 6. 12. *Revertere, revertere Sunamitis*, &c. vertit: *Revertere ad suscipiendam doctrinam a prophetis, qui prophetant in nomine Domini*; puta, qui interpretantur scripta in nomine Domini, ut doctrina propositum fortiatu effectum. Doctor Gentium acceptionem meditante explicat. 1. Cor. 14. a v. 3. *Qui prophetat, hominibus loquitur ad edificationem & exhortationem & consolationem. Qui loquitur lingua (id est, varijs linguis) semetipsam edificat: qui autem prophetat (nimirum, exponit Scripturam) Ecclesiam (hoc est, omnes) edificat. Maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis; nisi forte interpretetur, ut Ecclesia adificationem accipiat. Nunc autem, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in revelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Hoc intuitu Ambros. hic in cap. 12. v. 29. inquit: *Prophetas duplici genere intelligimus: & futura dicentes, & scripturas revelantes*. Astruit de *Prem. & pwn. Philo. Propheta (ait) interpretes Dei dicentis intus oracula*. Hoccine sensu intelligitur illud Christi, Matth. 7. 15. *Attendite a falsis prophetis*, &c. videlicet, legum interpretibus, & glossarijs, irrita facientibus Dei precepta; quia docent doctrinas & mandata hominum: *ibid. 15. 9. Etiam apud Ethnicos Vates Deorum vocantur interpretes*. Maxim. Tyr. loc. cit. & Horat. de Arte, v. 391. canit de Orpheo: *Sacer, interpretisque Deorum*. Hos Paulus item dicit prophetas, Tit. 1. 12. de Cretensum vitijs ait. *Dixit quidam ex illis proprius ipsorum prophetas (doctor, nimirum, vel preceptor) Cretenses semper mendaces, male bestia, ventres pigri*. Olim vox communis, maxime apud Graecos. *Poeta autem (dicit Plato in Ione) nihil aliud sunt, quam Deorum interpretes, dum Numine quodam corripantur a quocunque tandem illorum unusquisque corripitur*.*

18. Non solum pro enunciatore, sed etiam de annunciatore dicitur quandoque prophetia. Ita Christus dicitur, ut vidimus, utpote magni consilij Angelus: Baptistaque, quippe vox clamantis: *Ipsa est, qui post me venturus est, qui ante me factus est*. Ioann. 1. 27. Quod esset propheta & insignis propheta, nemo ambigit: cur autem a Christo, Matth. 11. 9. dicatur *Plus quam prophetat*; cognoscitur, ex eo quod Salvatorem mundi & cecinit affuturum, & adesse monstravit.

Ceteri tantum cecinerunt vatum
Corde presago iubar affuturum
Tu quidem mundi scelus auferentem
Indice proditi.

Presse & compré Maldonar. hic. *Illustrissima enim eius vita fuit: & cum miraculum nullum fecerit, perpetuum fuit ipse miraculum. Miraculo conceptus, miraculo clausus adhuc in utero ventissem Dominum sentiens, & matri suae demonstrans: miraculo circumcissus mutam patris sui linguam excolens: miraculo inter feras vitam degens, ut quemadmodum Auctor imperfici scribit, non solum equasse Anglos, sed superasse etiam, videtur, qui cum homo, non Angelus esset; Angelicam, non humanam vitam duxerit, ut non omnino sine causa multi non Iudei verum etiam fuisse Angelum existimaverint. Vide Eusebio de Evang. hist. lib. 9. cap. 5.*

Chri-

19. Christus Dominus ut propheta pronuntitur. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies*. Deuter. 18. 15. De Christo loquitur, quem Pater signavit Deus, dicens: *Ipsum audite*. Matth. 17. 5. *Propheta quidem, sed ambigitur, an quia donum habuerit prophetiae? DD. Scholastici cum D. Thom. 3. p. q. 7. art. 8. astruunt habuisse, & proprie dictum prophetam. Insuper debemus, quia prophetia opponitur eius excellentissimae cognitioni, non solum praet fuit comprehenfor, sed etiam praet viator: etenim perfectissimam beatam & insulam habuit ab instanti suae conceptionis perfectissimam omnium, quin egeret illuminatione, qua necessaria prophetae, ut constat ex prophetiae definitione. Ubi plena cognitio, supervacua revelatio. Dicit Paulus: *Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus*, 1. Cor. 13. 9. quia prophetia opponitur cognitioni. Fit utique prophetiae profum evacuatio, ubi perfecta cognitio. *Cum autem venerit (addit, v. 10.) quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est. Videmus nunc per speculum in enigmate; tunc autem facie ad faciem*. Iuxta Magistr. Angel. tam hinc, quam 2. 2. q. 174. art. 2. ad 3. *Prophetia importat quandam obscuritatem & remotionem ab intelligibili veritate*. A qua veritate remota Veritas ipsa? *Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem*. Ioana. 1. 9. *Cum multa sint illuminata lumina, & varie dissimiliterque lucentia; unum tamen lanien est, illuminans illuminata omnia*: ait Arcopag. de Coelest. hierarch. cap. 4. quem secutus est Angul. *Metadat*. cap. 29. n. 1. & cap. 27. n. 1. & Cael. Rhodigin. lib. 25. cap. 13. *Utiq; necessarium, quod prophetae communicet in statu viae, id est quod sit homo: quia de causa nec beati, nec Angeli, nec Deus dicitur propheta, licet annunciet, quae procul a cognitione mortalium, sed etiam esse necessarium cum communicatione status, obscurum in cognitione: quod quidem longe a Christo, qui ante mortem nostrum statum attingeret. Lux est, & tenebrae in eo non sunt ullae, esse splendor gloriae paternae, portans omnia verbo virtutis. Non placet effugium pro obscuritate cognitionis in propriam prophetiam, quod signat S. Doctor ad r. ubi. *Potest dici, quod et si Christus habuit plenam, & apertam notitiam, quantum ad partem intellectivam; habuit tamen in parte imaginativa quamdam similitudinem, in quibus etiam poterat speculari divina, in quantum non solum erat comprehensor, sed etiam viator*. Verum, unde constat, & ad quid? Illustratio, seu supernus in locutionem fulgor, vel fit (ut infra videbimus) externae, vel imaginariae, vel intellectualiter. Quorsum recursum, cunctis plenissime intellectis, in sphaeram inferiori em lucidae imaginationis, ut cognitorum obijciuntur imagines? Non esset cum huiusmodi simulachris perspicua notitia & plena; etenim mens ut intelligat recurrit prompte in phantasmatum. In Christo erat adaequata summa & plenissima cognitio. Omnia nuda & aperta oculis eius, *Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*. Corporaliter, id est, verè, non umbraticè. Ubi Alapid. subdit: *Plenitudinem divinitatis interpretamur plenam cognitionem*.**

Deut. 18. 15

Christus non proprie propheta.

D. Thom.

Dio. Arcop

Quare Angelus nuncians futura, non dicitur propheta.

D. Thom.

Coloss. 2. 9. Alap.

Cathacresis.

Tertull. Nomen habuit prophetae Christi non rem. D. Thom. Suar.

Ioan. 4. 19. Plus in Scriptura iuxta communem estimationem.

20. Nostram conclusionem firmissimè roborat Abulensis in 11. Numer. quast. 64. Igitur si Baptista propter insigniorem inter prophetas cognitionem, fuit plurquam propheta; Christus non erit propheta propter cognitionis plenitudinem. Dum ergo Christus plaudeat propheta tot Scripturae testimonijs, abusive dicitur, quia faciebat quae proprie prophetiae, & miraculorum patratione, vel secretorum enunciatione, vel futurorum praedictione. *Filium ab initio edixerat (ait Tertullian. Aoverf. Martian. lib. 4. cap. 22. n. 333.) audiendum in nomine prophetae quoniam & prophetas existimari habebat a populo. Prophe-tam, inquit Moyses, suscitabit vobis Deus ex filijs vestris, secundum carnalem scilicet sensum*. Habuit non rem, sed nomen prophetae, nimirum hominum in existimatione. Confirmat D. Thom. & eximius Suarius, qui argumentantur in contrarium. Ille ibid. in corp. artic. dicens: *Non potest dici aliquis propheta ex hoc quod cognoscit, & annuntiat ea, quae sunt alij procul, cum quibus ipse non est*. Hic ibid. *Disput. 21. sect. 1. num. 5. ubi: Suscicere, ut sit cognitio eorum, quae longe distant a sensibus hominum, & omnino ab ordinaria cognitione viatorum: in nomen scilicet prophetae, non in proprietatem; quia non bene conveniunt prophetiae, & cunctorum notitia cum cognitione perfecta. Emphaticè Samaritana. Video, quia propheta es tu*. Non praet Christus erat, sed praet forma illius videbatur: etenim si Christo non inesset cunctorum plena notitia, iuxta articulum illum esset propheta. Plura in Scriptura dicuntur iuxta communem, non veram, existimationem, ultra occultam & arcanam veritatem: ut de Virgine Maria, dicitur *Mulier: de quo egimus Tautolog. 2. n. 44. Quare meditate de Christo dicit Evangelista: Ut putabatur, filius Ioseph*. Luc. 3. 23. *Si Christus dicitur proprie propheta, quia lumen & illuminatio prophetarum; suffra-*

Ambros. Iaffragor cum Ambrosio, in Psalm. 118. v. 63. Ipse est (ait) verus propheta; qui sine alterius munere futura cognoscit: quia ea, quæ ventura erant locutus est in prophetis. An non est propheta, qui facit alios prophetas? Procedamus in alia.

21. Prophetare etiamnum psallere, cantare, laudes Deo Deique referre, significat: Filios Asaph & Heman & Idithum, qui prophetarent in citharis, & psalterijs; & cymbalis. 1. Paral. 25. 1. & 2. cap. 35. 15. Cantores Filij Asaph stabant in ordine suo, iuxta præceptum David & Asaph, & Heman & Idithum, prophetarum Regis. Inde quia inter vates canebat Saul, ortum proverbium: Num & Saul inter prophetas? 1. Reg. 10. 11-19. 24. Cantores dicebantur ministri prophetarum: ut patet, 4. Reg. 3. 15. dicente Elifco: Adducite mihi psalterium. Apud Prophanos vocabantur Hypophetae. Anton. Constant, in 6. Pastor. Ovid. v. 693. loquens de stella in pectore Leonis, quæ primæ magnitudinis, ait: Ab ipso autem primordîo mortales fuerant præstigia prævidentes; sub quibus & vaticinandi ministri instituti erant, quos Hypophetas vocabant. Hæcine prophetiæ acceptatione fax accensa, ut intelligatur, quid sit Princeps prophetiæ, de quo Ierem. 51. 59. De vastatione Babylonis propheticè facer vates scripsit, cuius tenorem in libro scripsit, tradiditque Saraïæ, comituro Sedeciam in captivitate cum reliquis. Cunctos admonuit desolationis Babylonici regni & civitatis, commendans vaticinium illud tibi legi pro captivorum solamine; & post lectum, ligato lapide ad librum, submergi in profundo Euphratis. Singillatim, etiam omnes conscij, prophetiam commendavit Saraïæ. Quid mirum, quòd prophetiæ huius dicatur Princeps, quando illi præ omnibus creditum negotium tanti momenti tibi cogitat Sanctius, ut moris haber, subtiliter; placeretque, si esset genuinior, eius cogitatio. Alij pro iudicio proprio digladiantur: igitur Principem prophetiæ idem esse asserunt, ac amicum Regis, vel à secretis; ut dicitur, 3. Reg. 4. 5. & 1. Paralip. 27. 33. Auricularium à secreto. 2. Reg. 23. 23. Fijsi Principem: Vernaculè Noltrates: Presidente de Hacienda. Alio ratiocinio, Munerum Principem (Volsillo del Rey, vel Casero para gratias) Si displicet titulus, Legatorum interpretem. An Conduçtor de Embaxadores? Videlicet Pined. 5. de Reb. Salam. cap. 12. n. 19. & Menoch. 1. de Reput. Hebraor: cap. 12. quæst. 5. Uter horum acu rem tetigit? Dicat aliter. Rideo fanè, quop-ties pro ostentanda novitate, vel ingenij acumine; tempus cum opera teritur. Ex Scriptura constat, quid sit Princeps prophetiæ. Cantorum nimirum princeps. Vulgò: Maestro de Capilla. Ita 1. Paralip. 15. 22. dicitur: Ghonentas Princeps Levitarum prophetiæ præerat, ad præcinentam melodiam: erat quippe valde sapiens; hoc est, artis musicæ peritus. Claret quid sit prophetiæ Princeps sine laboris improbitate, & quomodò prophetiæ accipiatur pro cantione.

22. Denique prophetare interdum sumitur pro debacchari & furere. Invasit spiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus suæ. 1. Reg. 18. 10. Itai. 8. 19. Querite à pythoniis & à divinis, qui frident in incantationibus suis. Hebr. Qui prophetaut. Li-quet per ridiculos corporis gestus & motus, internus furor. De prophetis Baal coram Elia, dicitur: Transliebant altare, quod fecerant. Chald. Insaniebant super aram: quos luda-dificabatur Vates facer dicens: Clamate voce maiore. Clamabant ergo voce magna, & in-cidebant se iuxta ritum suum cultris, & lanceolis, donec perfunderent sanguinem. Post-quàm autem illis prophetantibus (idest, furentibus) venerat tempus, &c. Ritus hic ut cun-que apud Ethnicos,

Sunt sacra, quando vosmetipsi exciditis; Votivus & cùm membra detruncaat dolor; Cultrum in lacertos exerit fanaticus, Scetisque Matrem brachij placat Deam; Parat ministros levibus novaculis.

Accinit Prudent. in Perisæph. v. 325 1. Rider vel Cicero de Divinat. lib. 2. subdens: Quid habet auctoritatis furor iste, quem divinum vocatis; ut que sapiens non videt, ea videat insanus; & is qui humanos sensus amiserit, divinos affectus sit; & vaticinari idem sit, quod insanire.

Non vultus, non color unus, Non compta mansere comæ: sed pectus anbelum, Et rabie fera corda tument, maiorque vident Nec mortale sonans; afflata est Numine quando Iam propiore Dei.

Virgil. 6. Aneid. à v. 47. Ideo dicti fatui à Dea Marica, seu Fatua, de qua diximus in Epher-

23. Describit Chrysothomus, ubi dudum, Honestum erat præterire; sed ut discatis amentiam. Dicitur ergo hæc Pythia cùm esset mulier, insediisse aliquando tripodi Apollinis, divident tibus, deinde malus inferni emisit spiritus, subiens muliebris, furore replere, & ea deinde solvere capillos, bacchari, & spumam ex ore emittere, & tanquam temulenta furoris verba effari. Hinc spiritus ille dicebatur Ventriloquus, igitur per ima ventris ingressus, illam urgebat in furorem. Latè Augusti. de Natur. demon. ex quo Can. Igitur. 26. quæst. 3. mitaque refert Cæl. Rhodigin. lib. 8. cap. 10. & Maiolus, Tom. 2. Colloq. 3. Ita ergo intelligitur Spiritus Pythonicus in Biblijs sacris: Levit. 20. 17. Deuter. 18. 11. & 1. Reg. 28. 9. Erymologia sumpta à Pythone serpente, de quo diximus, Ephermer. Hagog. Octobr. n. 39. Diodor Sicul. lib. 16. cap. 1. & Cicero. 1. de Divinat. ex quo Plutarchi. libell. Cur oracula deficerint; aliter, à specus hanc pestifero oriri in ac-cedentibus furorem, fumique pro vaticinijs, prout quisque interpretabatur, quicquid in buccam debacchantium venerat. Post, quia multi sine sensu furiosi inde præcipientes se dederunt, electa fuit virgo (quæ Phæbas dicebatur) ut oracula proferret consulentibus, sedens in tripodem. Divinum ipsam domicilium (inquit Diodor. d. & ex illo Rhodigin. d. cap. 15.) profundam & curvam esse speluncam, non admodum lato patentem ore: unde auram quidem referri, sacro aiat efflante Nuntius: excessum autem ostio im-mineat tripodem, quem cùm Pythia vates inscenderet, hauriit divinationis spiritum, Dei responsa referre & metro & oratione soluta. Iullin. lib. 24. Histor. situm dederit: In hoc rapis anfractu, mediâ fermè montis altitudine, exigua plantities est; atque in ea profundum terra foramen, quod in tracula patet: ex quo frigidus spiritus, et quadam velut vento, in sublimi expulsiis, mentes vatum in recordiam vertit; impletisque Deo responsa consulentibus dare cogit. Inde inolevit ritus in alias gentes. Virgil. 7. Aneid. v. 81.

Oracula Fauni Fatidici genitoris adit, lucosque sub alta Consultat Abunæ, nemorum quæ maxima sacro Fonte sonat, sevamque exhalat opaca mephitim, Hinc Itale gentes, omnisque Oenotria tellus In dubijs responsa petunt.

Introduxit in terram Sanctam usum Gentium Herodes Magnus, adificato in honorem Octavianii templo, & locum elegit superstitionibus aptum: Ubi mons (inquit Egeffip. lib. 1. cap. 35. de excid. Hærsafol.) altitudinis excelsæ vertice summo in sublimi porrigitur, cuius in latere mephitum aperitur antrum, per quod graveolentis præcipit profundum sevam exhalat mephitim. Dijs & cultoribus fragrans odor, fumusq; putor. Sil. Italic. 6. v. 146.

Lucus iners iuxta Stygium, pallentibus umbris

Virgil. 6. Aneid. à v. 47. Ideo dicti fatui à Dea Marica, seu Fatua, de qua diximus in Epher-

255

Ephermer. die 1. Maij. Ostendique Iullinus, lib. 43. Fauno (ait) fuit uxor nomine Fatua, quæ assidue divino spiritu impleta, velat per furorem futura præmonebat: unde aduc qui inspirari solent, fatuari dicuntur. Sic arrepti & corpore & animo; ut clam non essent, a quo rapiebantur spiritu. Senec. in Agamem. à v. 706.

Silet repente Phœbas, & pallor genas, Creberque totum possidet corpus tremor: Stetere vitæ, mollis horrefcit coma, Incerta corda murmure incluso fremunt:

Incerta nutant lumina, & versi retro Torquentur oculi, rursum innuites rigent. Nunc levat in auras alior solito capiti, Graditurque cessi: nunc reluctantes parat Reserare fauces: verba nunc cluso malè Custodit ore, Manas impatiens Dei.

Hoc est proprium vatis: seu divinatoris (ait Chrysothom. Homil. 29. Epist. 1. ad Cor.) emotæ esse mentis, vim pati ac necessitatem, pelli, trahi, rapiari tanquam furentem. Prop-heta autem non sic, sed cum mente sobria & cum modestia, ac temperante constitutio-ne, & sciens quæ loquitur, dicit omnia. Eadem Basil. Proem. in Isalam. Fallitur Plato, dum in Phædon. dicit: Divino beneficio sunt insani & propheta & Sibylle. Beneficia Dei haud adimunt mentem, sed augent lumen. Quomodò amentia quit esse ex divina gratia? O cæci! Vocatur Dei beneficium, à demone Phœbædis cultum.

23. Describit Chrysothomus, ubi dudum, Honestum erat præterire; sed ut discatis amentiam. Dicitur ergo hæc Pythia cùm esset mulier, insediisse aliquando tripodi Apollinis, divident tibus, deinde malus inferni emisit spiritus, subiens muliebris, furore replere, & ea deinde solvere capillos, bacchari, & spumam ex ore emittere, & tanquam temulenta furoris verba effari. Hinc spiritus ille dicebatur Ventriloquus, igitur per ima ventris ingressus, illam urgebat in furorem. Latè Augusti. de Natur. demon. ex quo Can. Igitur. 26. quæst. 3. mitaque refert Cæl. Rhodigin. lib. 8. cap. 10. & Maiolus, Tom. 2. Colloq. 3. Ita ergo intelligitur Spiritus Pythonicus in Biblijs sacris: Levit. 20. 17. Deuter. 18. 11. & 1. Reg. 28. 9. Erymologia sumpta à Pythone serpente, de quo diximus, Ephermer. Hagog. Octobr. n. 39. Diodor Sicul. lib. 16. cap. 1. & Cicero. 1. de Divinat. ex quo Plutarchi. libell. Cur oracula deficerint; aliter, à specus hanc pestifero oriri in ac-cedentibus furorem, fumique pro vaticinijs, prout quisque interpretabatur, quicquid in buccam debacchantium venerat. Post, quia multi sine sensu furiosi inde præcipientes se dederunt, electa fuit virgo (quæ Phæbas dicebatur) ut oracula proferret consulentibus, sedens in tripodem. Divinum ipsam domicilium (inquit Diodor. d. & ex illo Rhodigin. d. cap. 15.) profundam & curvam esse speluncam, non admodum lato patentem ore: unde auram quidem referri, sacro aiat efflante Nuntius: excessum autem ostio im-mineat tripodem, quem cùm Pythia vates inscenderet, hauriit divinationis spiritum, Dei responsa referre & metro & oratione soluta. Iullin. lib. 24. Histor. situm dederit: In hoc rapis anfractu, mediâ fermè montis altitudine, exigua plantities est; atque in ea profundum terra foramen, quod in tracula patet: ex quo frigidus spiritus, et quadam velut vento, in sublimi expulsiis, mentes vatum in recordiam vertit; impletisque Deo responsa consulentibus dare cogit. Inde inolevit ritus in alias gentes. Virgil. 7. Aneid. v. 81.

Oracula Fauni Fatidici genitoris adit, lucosque sub alta Consultat Abunæ, nemorum quæ maxima sacro Fonte sonat, sevamque exhalat opaca mephitim, Hinc Itale gentes, omnisque Oenotria tellus In dubijs responsa petunt.

Introduxit in terram Sanctam usum Gentium Herodes Magnus, adificato in honorem Octavianii templo, & locum elegit superstitionibus aptum: Ubi mons (inquit Egeffip. lib. 1. cap. 35. de excid. Hærsafol.) altitudinis excelsæ vertice summo in sublimi porrigitur, cuius in latere mephitum aperitur antrum, per quod graveolentis præcipit profundum sevam exhalat mephitim. Dijs & cultoribus fragrans odor, fumusq; putor. Sil. Italic. 6. v. 146.

Lucus iners iuxta Stygium, pallentibus umbris

Iullin. Quæ Dea fatua?

Senec.

Chrysol.

Plat.

Chrysol.

Quid spiri-tus Pythoni-cus?

Diod. Sicul.

Iullin. Unde vir-go capiti de-bacchan-tium?

Virgil.

Inolevit ali-bi supersti-tio Delphica Egeffip.

Sib. Ital.

Servabat sine sole nemus, crassusque per auras Halitus erumpens totum expirabat odorem: Intus dira domus, curvoque immanis in antro Sub terras specus, & tristes sine luce tenebrae. Horror mente redit, monstrum exitiabile, & ira Telluris genitum, cui par vix viderat atas Ulla virum, serpens centum porrectus in ulnas.

Iamblic.

Cuncta mutuata à Delphis, ubi, ut ait de Mytherijs Aegyptior. Iamblicus, Sybilla duobus modis suscipiebat Deum: vel per spiritum quendam tenuem igneumque, qui erumpebat alibi ex ore antri; vel sedem in adyto super sedem aneam, Deo dicatam: & utrobique divi- no se spiritui exponebat, unde divini ignis radio illustrabatur.

Lapis Hy- niu.

Bulenger. Radix alica eabi.

Plin. Macrob. Varia instru- menta in di- vinationem.

24 Hac igitur arte, & maligni spiritus sufflamine, sine mente quaque effutire con- nabantur, ut pro oraculis nugæ, gerraque haberentur; mirisque modis titulo divinationis in consulenti phantasticam complacentiam, verè procurabant & certatim insaniam. Referunt plura AA. In oculis Hyanae lapis est byanius, qui si lingua hominis subditus fue- rit, prædicat futura: ait Iul. Casar. Bulenger. 2. de Pictura, cap. 9. Plinius innumera sunt peritiosa in toto opere sparsa, ipse superstitiosus designat. Hælicæabi radicem bibunt, qui sunt vaticinandi callentes: quod furere ad confirmandas superstitiones aspici se volunt, ait lib. 2. cap. 31. ubertim in huiusmodi amentiam, lib. 30. cap. 3. & lib. 37. cap. 10. Car- danusque lib. 7. de Subtilit. & lib. 14. de Var. cap. 48. Apud Ligyrus (infit Macrob. 1. Saturnal. cap. 18.) in Tracia esse adytum Libero consecratum, ex quo redduntur oracula; sed in hoc adyto vaticinatur plurimo mero sumpto, uti apud Clarium, aqua potà, effantur oracula. Ad. Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 29. de Indis, August. Davila in Histor. Mexic. lib. 1. cap. 40. Acofta, de Nov. orb. lib. 5. cap. 26. Nardum Ant. Recchum, lib. 6. tot. de Me- dic. novi orb. & Histor. general. Plant. lib. 18. cap. 128. Manil. lib. 5. Astron. à v. 3534 fucciniat;

Manil.

Quod potius fingent ortas, quam templa colentes; Atque auctoratos in tercia iura ministros, Divorumque sacras venerantes Numina voces, Pene Deos, & qui possunt ventura videre.

Hæccinè iurè præmissa tam in præsentem Tautologiam de embolijs pseudoprophetarum, quam in sequentem de consultatione oraculorum.

Plat. Poète disti- prophe- ta.

Id.

25 Propter præfatum furorem Poète pariter plausi Prophetarum nomine. Poëtam, quum in Musæ sedet tripode, tunc minimè esse mentis compotem; sed quasi fontem de mana- re, & quicquid in se affluit, effundere: inquit Plato, lib. 4. de Legib. Non sapientia vi hoc agere, quod agant; sed nature quodam impetu, & divine cuiusdam concitationis furore; quemadmodum Vates à vino instinctu vaticinantes & fatidici. Hi enim dicunt multa & præclara, nihil autem horum qua dicunt, norunt: subdit in Apolog. Socras. Flagarunt Poète huius commendationis desiderio. Ovid. 6. Fastor. v. 5-3. de Pont. Eleg. 4. v. 934 & 3. de Art. v. 551.

Ovid.

Est Deus in nobis, agitante calefitmas, illo Impetus hic sacra femina mentis habet. Fas mihi præcipue vultus vidisse Deorum: Vel quia sum vates, vel quia sacra cano. Ista Dei vox est: Deus est in pectore nostro; Hoc duce prædico, vaticinorque Deo. Est Deus in nobis, sunt & commercia cæli; Sedibus ætherijs spiritus ille venit.

Unde illo- rum gloria- tio, dum in- saniant? Gyrald.

Idem Iuvenal. Satyr. 7. à v. 63. Virgil. 8. Aneid. v. 340. De Marco Syracusio, refere Aristoteles, scilicet. 30. Problem. 1. tunc optima carmina fundere, cum insaniret, vel foreere Crinit. in Vit. Poëtar. de Æschilo, mirabiliora conficere, cum ebrius esset. Gyrald. Dia- logo. 6. Potando scripsisse dictum est, quoniam vini calor inveniendi vim excitat. Vid. infr. n. 45. Horat. 1. Epist. 19. v. 2.

Horat.

Plat.

Nec vivere carmina possunt, Quæ scribuntur aqua potioribus, Hinc proculdubio axioma: Insanior Poëta, Unde Plato in Phædro, infit: Tertia insa- nia & mentis excessio est à Musis, qua animam excitat & affiat. Ideo Cassandra dicitur Furibunda, à Seneca in Agamem. v. ult. Si cupiebant fieri carminibus fatidici, vati- ci-

ticinantes sicinè ridebantur uti fati: sicut ille alius, qui imitando mēte futore emotos, evasit insanus. Acceptio ita propheta seu vatis, pro vate poëta. Donaria ex templo cum expillata fuissent (Ait Ælian. 10. Histor. Anim. cap. 26.) lupus indicavit, quum intra templum ingressus, prophetarum quempiam traxit ad locum usque, in quem donaria occulta. Hic propheta accipitur pro cantore, seu poëta; sicut econtra qui propheta poëta dicebantur, quia metricè respondebant consulentibus.

Ælian.

26 Propriè prophetae pro aliquid occultum audire aut videre, visaque vel au- dita intellexisse. Quapropter dum Iacob dixit Ioseph: Scio fili mi, scio, Genes. 48. 19. idem est, ac intelligo quæ prophetando prædico. Vera prophetia constat illustratione cæ- lesti, & obiecti intellectione. intelligentia enim est opus in visione. Daniel. 10. 1. Vi- sio aliquando dicitur, aliquando verò Verbum. Verbi, respectu loquentis: Visionis vox respectu verbum intelligentis. Si intelligentia in visione prophetica simul non datur; ubi necessarium, è vestigio conceditur: igitur saepe videntur quæ videntium latent mentem; ut contentes inintelligentiam, exposcant expositionem. Ierem. 1. 11. Factum est ver- bum Domini ad me dicens: Quid tu vides? Apocalyp. 7. 13. Hi qui sunt, & unde ven- runt? Daniel. 7. 16. Accessit ad unum de assistentibus, & veritatem quæstibus ab eo. Idem cap. 10. & 11. Unde etsi verbum in Caïpha & Balaam; visio in Pharaone, Nabu- cho, & Baltasar; nullo modo fuerunt prophetæ, quia non intellexerunt nec audita nec visa; quanvis Deus per ipsos revelaverit arcana. Dicuntur autem propheta, quippe per illos vaticinium prolatum; quod in intelligente prophetam omnibus numeris constituit. Cum enim aliquis ostendatur vel auditur (infit Greg. Magnus, lib. 11. in Job. cap. 12.) si intellectus non tribuitur, prophetia minime est. Ut igitur Job prophetie spiritum se habere testetur: non solum vidisse se & audisse, sed etiam intellexisse omnia, asse- rit. Eadem D. Thom. 2. 2. q. 173. art. 4. in corp. Sic igitur claret, prophetiam constare & verbo & intellectione. Verbum dicitur, præut à Numine egreditur & activè se ha- bet: Visio, dam audiens, vel videns intelligit verbum, & passivè se habet, præut au- diens instruitur.

Quid pro- prie prophe- tia?

Ex quo con- stat?

Ioann. 11. 51. Gr. Magni Quid Ver- bum & Vi- sio in pro- phetia?

27 In rem supponenda sunt, obiectum formale prophetie, quod est divina aucto- ritas aliquid revelatione testificans: materiale, quod quidem quicquid sub divina reve- latione cadere potest: Causa finalis extrinseca & intrinseca: hæc est ipsamet revelatio, seu manifesta illustratio notitia; illa, revelatæ notitiæ effectus vel audientium utilitatis, vel confirmationis fidei. Causa efficiens est prima causa, nimirum Deus, Amen, omni- nò verax. Materialis, Angeli: subiectiva homo, ad quem locutio prophetica vel spe- cie externâ, vel imaginariâ, vel intellectuali. Quis cogitaret huiusmodi distinctionem eth- nicorum mentem haud fugisse? Bulenger. 2. Advers. Magos, cap. 12. ex Proclo & Ploti- no Platonis evocationes animarum distribuit tripliciter. Autopticè dicitur (ait) quæ anime intelligentia Deum, ut in se est, perspicit. Epopticè, cum imaginario animæ vehiculo res divinas cognitione informamus. Entheasticè, cum nec mente, nec imaginatio- ne, sed solis oculis divinas quasdam visiones per aërem delatas inspicimus. Idem Nicetas in Gregor. Nazianz. Orat. 42. Vide quæ diximus, Tom. 3. T. 2. n. 19. Fit revelatio per somni- num, seu prophetica locutio, de quo ex professo, Tom. 7. T. 2. ad illud Psalm. 26. Ego dormivi & soporatus. Identidem invenitur in Scriptura; Daniel. 2. 19. 7. 1. Matth. 2. 13. 19. 22. Modus huiusmodi illustrationis vel est infundendo species independentes à phan- tasmatis; vel elevatione internarum potentiarum, vel denique clarificatione phanta- sia. Fit etiam illustratio per species externas exhibitas sensibus, ut tot visiones Prophe- tarum comprobant: e. g. Olla Ieremias, & ficus male & bonæ; thronus Deitatis, mu- lier inaurata auro, characteres in pariete, &c. Unde Daniel. 10. 5. dicitur: Levavi oculos meos & vidi, & ecce vir unus vestitus linetis, &c. Quo patet oculis propheta per spe- ciem sensibilem obiectam fuisse visionem. Pende modò, huiusmodi visionem vocatam à propheta, v. 1. Verbum verum. Verum, non quia visio in somnis fit falsa; sed quia in somnis, sine corpore phantasia impressa. In somnis tantum imago, seu species rei, non corpus: corpus autem est in exterioribus speciebus oculis obiectis: quare si dormienti imago, vigilantibus obijcit visio; dum propheta dicit in huiusmodi visione Verbum verum, idem est, ac speciem eius fuisse obiectam vigilantibus, & non dormienti. Sic enim perspicio intelligit illud Ioelis: Senes vestri somnia somnabunt, & juvenes vestri visiones vide- bunt; dum divinus in illos effunditur Spiritus: in alios sic, in alios verò sic, dividens sin- gulis, prout vult. Signatur. Numer. 12. 6. Siquis fuerit inter vos propheta Domini, in vi- sione appareat ei, vel per somnium loquar ad illum.

Quæ in illi- cocurrit?

Buleng.

Quomodo prophetica locutio per somnium?

Dan. 10. 1. Dissernent inter illam & visionem?

Ioel. 2. 28